

um quondam augustorum parentuum nostrorum vel nostra seu quorumcumque aliorum fidelium donatione aut oblatione tenetis et possidetis vel quocumque inantea iusto poteritis titulo adipisci. Ad huius autem nostre donationis, concessionis et confirmationis memoriam et inviolabile firmamentum presens privilegium scribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri, anno, mense et indictione subscriptis<sup>1)</sup>.

Data in urbe felici Panormi anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo sexto, mense septembris, decime indictionis, regni vero domini nostri Frederici<sup>o)</sup> dei gratia gloriosissimi regis Siciliae, ducatus Apulie et principatus Capuae anno nono, feliciter amen.

## II.

*König Friedrich bestätigt dem Abt Matthäus, seinen Nachfolgern und dem Kloster S. Giovanni in Fiore alle Besitzungen und Freiheiten, die dem Abt Joachim und seinem Kloster von Kaiser Heinrich (VI.) und Kaiserin Konstanze übertragen wurden.*

1208 Juli 11, Palermo

*Matera, Biblioteca Provinciale, Ms. 21/II (Venusio II), fol. 17<sup>r</sup>–19<sup>r</sup> (M).*

*Drucke: –*

*Regesten: Baraut, S. 248 Nr. 10; BZ 103 (ohne Monats-, Tages- und Ortsangabe).*

*Anmerkung Venusios zur Vorlage, fol. 19<sup>r</sup>: V' è il sugello pendente da fili di seta cremisi e gialla in cera rossa dentro cassetta di legno. Rappresenta Federigo sedente in maestà coll' iscrizione intorno: + Fredericus dei gratia rex Sicil. duc Apul. Prc. Capue.*

Fredericus divina favente clementia rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue. Quum omnia humanitatis opera, que pietatis conferuntur intuitu, stabile apud deum habeant firmamentum, illud precipue eternas nobis promeretur divitias, quod locis religiosis et Christi pauperibus impartimur. Inde est, quod ad petitionem tuam, Matthee venerabilis abbas sancti Ioannis de Flore, benignum habentes respectum pro remedio animarum parentuum nostrorum dive memorie necnon et pro

---

I. o) Friderici I.